



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum sit specialis passio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ 3 Præf. Omnis passio animæ est motus appetitus sensitivus, qui s. quitur apprehensionem sensus: sensus aut nō est apprehensivus futuri, sed p̄sentis. cū ergo timor sit de malo futuro, v̄ q̄ nō sit passio animæ.

L. 14. c. 7. g. & 9. c. 5.

SED CONTRA est, quod Aug. in 14. de Ciui. Dei \* enumerat timorem inter alias animæ passiones.

q. 22. ar. 6.

RESPON. Dicendū, q̄ inter ceteros animæ mot<sup>9</sup> post tristitiā, timor magis rōnem obtinet passionis. Vt. n. supra dictum est, \* ad rationē passionis primo quidē pertinet, q̄ sit motus passiuę uirtutis, ad quā. s. comparatur suum obiectum per modum actiui moventis, eo qd passio est effectus agentis: & per hunc modum ē sentire & intelligere dicuntur pati. Secundo, magis proprie d̄ passio motus appetitiuę uirtutis habentis organum corporale, qui sit cum aliqua transmutatione corporali. Et adhuc propriissime illi motus passiones dicuntur, qui important aliquod nocumētum. Manifestum est autem, q̄ timor, cū sit de malo, ad appetitiuam potentiam pertinet, quā p se respicit bonum & malum: pertinet autem ad appetitum sensitivum: sit. n. cum quadam transmutatione. s. cum contractione, ut Dama. \* dicit: & importat ēt habitudinem ad malum, secundum q̄ malum habet quoddammodo uictoriam super aliquod bonū, vnde uerissime sibi competit rō passionis, tñ post tristitiā, quę est de p̄senti malo. nam timor est de malo futuro, quod non ita mouet sicut p̄sens.

1. 1. q. 1. Or. h. fi. de c. 13.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ uirtus nominat quoddam principium actionis, & ideo inquantur interior mot<sup>9</sup> appetitiuę uirtutis sunt principia exteriorum actuum, dicuntur uirtutes. Philosophus autem negat passionem esse uirtutem, q̄ est habitus.

AD SECVNDVM Dicendū, quod sicut passio corporis naturalis prouenit ex corporali p̄sentia agentis: ita passio animæ prouenit ex animali p̄sentia agentis absq; p̄sentia corporali, uel reali, inquantū, s. malum, quod est futurum, realiter est p̄sens secundum apprehensionem animę.

AD TERTIVM Dicendum, quod sensus non apprehendit futurum; sed ex eo quod apprehendit p̄sens, animal naturali instinctu mouetur ad sperandum futurum bonum, uel timendum futurum malum.

ARTICVLVS II.

Vtrum timor sit specialis passio.

q. 31. non p. cui 2. h. 10. 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. VI. q̄ timor nō sit specialis passio. Dicit. n. Aug. in li. 83. q. \* q̄ quem non exaninat metus, neque cupiditas eum uastat, nec ægritudo, i. tristitia cum macerat, nec uentilata gestiens & uana letitia: ex quo uidetur quod remore timore omnes alię passiones remouentur. nō ergo passio est specialis, sed generalis.

C. 2. 10. 5.

¶ 2 Præf. Philosophus dicit in 6. Eth \* q̄ ita se habet in appetitu prosecutio & fuga, sicut in intellectu affirmatio & negatio, sed negatio non est aliquid speciale in intellectu, sicut nec affirmatio, sed aliquid commune ad multa. ergo nec fuga in appetitu. sed nihil est aliud timor, quā fuga quādā mali. ergo timor non est passio specialis.

Cap. 5. Dom. li. 3. c. 33. q. 10. & 35. 27. 1.

¶ 3 Præf. Si timor esset passio specialis, p̄cipue in irascibili esset: est autem timor ēt in concupiscibili. Dicit. n. Philosophus in 2. Rhet. \* quod timor est tristitia quādā. Et Dama. \* dicit, q̄ timor est uirtus desideratiua: tristitia autem & desiderium sunt in concupiscibili, ut supra dictum est. \* non est ergo passio specialis, cum pertineat ad diuersas potentias.

F SED CONTRA est, quod conuiditur aliis passionibus animæ, ut patet per Damasc. \* in 2. lib.

RESPON. Dicendum, q̄ passiones animæ recipiunt speciem ex obiectis. unde specialis passio est, quæ habet speciale obiectum: timor autem hēt speciale obiectum, sicut & spes. Sicut enim obiectum spei est bonum futurum arduum possibile adipisci: ita obiectum timoris est malū futurum difficile, cui resisti non pōt. uñ timor est specialis passio animæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ omnes passiones animæ deriuantur ex uno principio. s. ex amore, in quo hēt adinuicem connexionem, & ratione huius connexionis remoto timore, remouentur alię passiones animæ, non ideo quia sit passio generalis.

AD SECVNDVM dicendum, quod non omnis fuga appetitus est timor, sed fuga ab aliquo speciali obiecto, ut dictum est: & ideo licet fuga sit quoddam generale, tamen timor est passio specialis.

AD TERTIVM dicendum, quod timor nullo modo est in concupiscibili: non enim respicit malum absolute, sed cum quadam difficultate, uel arduitate, ut ei resisti uix possit. Sed quia passiones irascibilis deriuantur a passionibus concupiscibilis, & ad eas terminantur, ut supra dictum est: \* ideo timori attribuuntur ea, quę sunt concupiscibilis, dicitur. n. timor esse tristitia, inquantum obiectum timoris est contristans, si p̄sens fuerit. vnde & Philosoph. dicit ibidem, \* quod timor procedit ex phantasia futuri mali corruptiui, uel contristatiui. Similiter & desiderium attribuitur a Damasc. \* timori: quia sicut spes zausatur, uel oritur a desiderio boni, ita timor est ex fuga mali: fuga autem mali oritur ex desiderio boni, ut ex supra dictis patet. \*

ARTICVLVS III.

Vtrum sit aliquis timor naturalis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ timor aliquis sit naturalis. Dicit enim Damasc. in 3. lib. \* quod est quidam timor naturalis nolente anima diuidi a corpore.

¶ 2 Præf. Timor ex amore oritur, ut dictum est, sed est aliquis amor naturalis, ut Dion. dicit 4. cap. de diuino. f. ergo etiam est aliquis timor naturalis.

¶ 3 Præf. Timor opponitur spei, ut supra dictum est, \* sed est aliqua spes natura, ut patet per id quod dicitur Ro. 4. de Abrahā, q̄ contra spē nature, in spē gratię credit. ergo etiā est aliquis timor nature.

SED CONTRA. Ea quę sunt naturalia, cōiter inueniuntur in rebus animatis & inanimatis, sed timor non inuenit in reb. inanimatis. ergo timor nō est naturalis.

RESPON. Dicendum, quod aliquis motus dicitur naturalis, quia ad ipsum inclinatur natura, sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quod totum perficitur a natura absque aliqua operatione apprehensiuę uirtutis; sicut moueri sursum, est motus naturalis ignis, & augeri est motus naturalis animalium & plantarum. Alio modo dicitur motus naturalis, ad quem natura inclinatur, licet non perficiatur nisi per apprehensionem, quia, sicut supra dictum est, \* motus cognitiuę & appetitiuę uirtutis reducuntur in naturam sicut in principium primum. Et per hunc modum ē ipsi actus apprehensiuę uirtutis ut intelligere, sentire, & memorari, & ēt motus appetitus animalis quique dicuntur naturales. & per hunc modum pōt dici timor naturalis, & distinguitur a timore non naturali secundum diuersitatem obiecti. Est enim ut Philos. dicit in 2. Rhetor. \* timor de malo corru-